

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 22: De obedientia (16c)

Et infra (Gregorius in XXXV moralium):

Sciendum vero est quia nunquam per obedientiam malum quidem fieri debet.
Aliquando autem per obedientiam bonum quod agitur necesse est intermitteri.
Neque enim mala in paradiso arbor extitit,
quam deus homini ne contingeret interdixit.
Sed ut per melius obedientie meritum homo bene conditus cresceret,
dignum fuerat ut hunc etiam a bono prohiberet,
quatenus tanto verius hoc quod ageret virtus esset,
quanto et a bono cessans auctori suo se subditum humiliter exhiberet.

Sciendum uero est quia nunquam per oboedientiam malum fieri,
aliquando autem debet per oboedientiam bonum quod agitur, intermitteri.
Neque enim mala in paradiso arbor extitit,
quam Deus homini ne contingeret interdixit.
Sed ut per melius oboedientiae meritum homo bene conditus cresceret,
dignum fuerat ut hunc etiam a bono prohiberet,
quatenus tanto uerius hoc quod ageret uirtus esset;
quanto et a bono cessans, auctori suo se subditum humiliter exhiberet.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 35.14 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., pp.1793-4, ll.176-183).